



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Decimum. Quod Ludouicus Rodensi apprens poenas occisorum  
suorum praedixerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

§. Quam ego sollicitus sum ut Beatum Petrum & eius Ecclesiam hæreditate ditem.

S. ENGEL-  
bertus in-  
gentem di-  
strictum  
diœcesi  
Colonien-  
si adiecit.

Capite quinto libri superioris comparauit Cæsarius Sanctum Nostrum Brunoni Ducatu sedem Coloniensem augenti, sic enim & accessio ad Diœcessin, Sancto Nostro antiquissima fuit cura. Testantur id literæ Urbani Pontificis Maximi anno 1262. à Pontificatu vero suo secundo, &c. Id. Januarij in urbe vetere datæ, referuntque Engelbertum fel. record. Colonienſ. Archiepiscopum à Mechtilde Henrici Comitis Seinenſis vidua, qua precio, qua benignitate & munificentia acquisiuiffe & recuperatæ, clientelares fundos seu feuda videlicet, de VVide, de VVindeck & Rinnenberck, castra de Linsa, & Lupſtorp, de Nevvenstat, de Asbach, de VVinthan, de Gilstorp, & de Sechtune villas, cum vasallis, fidelibus, ministerialibus, hominibus, seruis, pratis, VViltbannis, Nemoribus ceterisque suis attinentiis, nec non nouo caſtro ſito in Parochia Brettpach cum pertinen- tias suis aliusque villis eiusdem Parochiae.] Hæc Urbanus.

## Caput Decimum.

*Quod Ludouicus Rodensi apprens pœnas occisorum suorum prædixerit.*

Apparet  
Episcopus  
sacrificati.

**S**EXTA illa feria, qua caſtrum fuit euersum, septenarium martyris a-  
gebat. Cuius rei gratia sacerdos quidam, Ludouicus nomine, re- D  
gularis Canonicus S. Gabrielis in Rode, eiusdem vocabuli caſtrum vi-  
cinum pro anima martyris Missam celebraturus ascendit. Cumque di-  
ctis secretis, post Sanctus Canonem inchoaret, ecce sanctum Episco-  
pum pontificalibus indutum, vultu hilari, sacro altari adſtare videt: &  
cum Crucis signa exprimeret super panem & calicem, beatus pontifex  
per totum Canonem sacerdoti ſe conformans, eodem modo & iſdem  
vicibus sancta conſignauit, dexteram eleuans. Cum autem ventum ef-  
ſet ad eum locum, ubi defuncti nominantur, & eum sacerdos no-  
minaſſet,

minasset, expleto sacramento, ait illi Episcopus: Frater, non est ne-  
 A cesse, vt inter mortuos me nomines. Sum enim cum Deo, & in Prædictib.  
 choro martyrum gaudio fruor ineffabili, & adiecit: Noueris pro li celerem  
 certo, quod omnes illi, qui me occiderunt, vel quorum consilio oc- vindictam  
 cisis sum, male peribunt, idque cirtius, quam credi possit. His di- in percus-  
 ßis, disparuit: Ludouicus vero Missa completa, omnibus quæ viderat, fores suos.  
 indicauit, testem Deum adhibens ita se habere.

## Notatio ad Caput Decimum.

B

## §. Sexta Feria.

**H**IC nulla opus explicatione, tantum instituta quasi ana-  
 cephalosi conditam pro tempore nonnullorum libri  
 secundi & tertij narratorum seriem, sum traditurus.

Beatus Præsul ante Kalend. Nouemb. omnibus cœlitibus I 225.  
 sacras, quæ tunc in diem Sabbathi incidebant Susatum te-  
 nuit, ybi cum triduo de pace inter ipsum & Comitem Fride-  
 r. Nou.

C ricum concilianda littori loqueretur, cum à Winando Hei-  
 sterbacensi Monacho, tum alijs per literas de periculo moni-  
 tus, sexta Nouemb. quæ erat feria quinta, virus peccatorū suo-  
 rum alias vnquā contractū, apud sacerdotem euomuit vt se-  
 quenti die Svvelmensē Ecclesiā dedicaret, vnde paci cōsul-  
 turus redire cogitabat Susatū. Feria sexta, Nouemb. die septi- 7. Nouēbr.

D ma in itinere Svvelmensi aliquoties à Friderico occasionem  
 necis captante visitatus, miserorumque studio retentus, sub  
 crepusculum Siciorum gladiis plagiisque 47. confectus oc-  
 cubuit. Ipso Sabbatho, octaua Nouembris, pompa solenni à 8. Nouēbr.

veteris Montis Religiosis ad ipsorum Monasterium tradu-  
 ctus, lauabatur, intestinis eius ibidem humo conditis tumu-  
 latisque, ac Henrico Seniore Monacho qui ex crure labora-  
 bat mirabiliter recreato; Decimo Nouembris secunda infe- 10. Nouēbr.

quentis hebdomadæ feria Coloniæ ad gradus B. Mariæ Vir-